



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Lucifuga.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

## DE VESPERTILIONE. CAP. IX.

**M**onstrofa quoque est Vespertilionis effigies, multaque in se mystica continet hieroglyphica.

## AB EXILI FORTUNA IN ALTUM EVECTUS.

CAP. X.

**P**rincipumque illud apud Aegyptios tuit, ut per animal hujusmodi significantem hominem, qui debilibus & exiguis viribus, sive nobilitatis, sive fortunae, sive etiam ingenii praeditus, ita tamen repente emerget, ut non se tantum humo sustulisse, sed subito volatu elatus in sublime ferri videatur: cuiusmodi exemplorum plena Roma semper fuit. Vespertilio siquidem licet pennas non habeat, sola tamen membranula fretus volat, ita ut difficulter distinguas, sit ne avis, an mus. Quare apud *Hac à Plin.* mythologos argute vafræque duas eludit mustelas, dum se alteri avem, alteri se murem venditat, *lib. 10. c. 61.* atque ita capitum periculum evadit.

## OFFICIA MUTUA.

CAP. XI.

**M**irum vero illud inter hoc tam brutum genus, quod tan-  
ta se humanitate complectuntur, ut nulla convenien-  
tius specie figurave officia mutua describas, quam per Ve-  
spertiliones alterum ab altero catenam dependentes. Ha-  
bet enim id genus animalium mutuam inter se quamdam be-  
nevolentiam, saepeque veluti catena quadam contexta, si  
qua tilli vis inferatur, mutuo sibi coherent, imbecillitati sua  
opem sibi invicem afferentes, viseque sunt alia ab alia ala-  
rum hamis unius ad alterum porrectis pendentes, longum  
velutini funem produxisse.



## NUTRICATIONIS FACULTAS. CAP. XII.

**M**ulierem iidem sacerdotes lactis ubertate fecundam, & bene nutricantem significare si vellent, *Plin. Ibid.*  
Meamdem ipsam alitem pingebant: quippe qua sola volucrum & dentes & mammillas humanis  
similes habet, lacteque nutrit pullos, uberiorum mulierum in modum admotis. Nam Aegyptii, ab iis  
qua in unoquoque genere reliquorum naturam aut mores excederent, significationum suarum ar-  
gumenta delusebant. Quod vero ad mammas pertinet, Græci hanc alendi felicitatem indicaturi,  
Dianæ simulacrum mammosum effingebant, cuiusmodi illud fuit, quod Ephebi tamdiu tanto con-  
cursu visitatum, eamque Latini ea de causa multimammiam appellantur, cuius exempli multa  
hodie Romæ vetusta signa conspicuntur. Minime vero prætereundum est, hoc loco in impressis  
exemplaribus Hori perperam legi, Τωαίη ηλδζεστην καλώς ανατεξεστα βελόμενοι ζωγρα-  
φησαι, τειχόνα ζωγραφθσι, cum ex manuscriptis codicibus antiquis & historia ipsa legendum sit,  
βελόμενοι ζωγραφησαι, νυκτερίδα πάλιν ἔχοντα οδόντες καὶ ματές ζωγραφθσι hoc est, *Volentes*  
*pingere Vespertilionem, idemidem dentibus & mammis præditam pingunt.* Inde sequitur pro reddi-  
tione causa, οὐδὲ μόνη τούτη λόγον πήνεται οδόντας καὶ ματές εἰσι. Siquidem sola ex omni volucrum ge-  
nere, & dentes simul & mammas habet. Quorū enim dentes & mammæ ad Turturem alitem mi-  
nime monstrosam?

## LUCIFUGA. CAP. XIII.

**Q**uod si hominem latebris & occulto secessu gaudentem, vel qui rei cujuspiam metu percussus *Vespertilia-*  
*num & For-*  
*micarum*  
*antipathio.*  
in apertum minime prodire audeat, significare vellent, Formicam & Vespertionis alam ad-  
pingere consuerunt. Ajunt siquidem, eam esse inter Vespertilionem & Formicas naturæ disfor-  
diam, ut siala tantum Vespertilionis Formicarum cayo admota fuerit, nulla earum foras progre-  
diatur.

Pp. 2

MORA-